

Ziber

ipso ore alias præligato. Additur paulū aquæ ut acescat. Quod est maxime coactū in summo fluūt at
id exēptum addito sale oxygala appellant. Reliqua decoquunt in ollis. Ibi quod supnatat: butyrū ē
oleosū natura. Quod magis uirus respuit: hoc præstantius indicatur. Pluribus cōpositionibus misce-
tur inueteratū. Natura eius astringere: mollire: replere: purgare. Oxygala fit & alio modo accido lacte
addito in recens: quod dū acescit utilissimū est stomacho. Effectus dicemus suis locis. Proxima in cō-
munibus laus est adipi: sed maxime suillo. Apud antiquos etiā religiosus erat. Certe nouæ nuptæ in-
trantes etiānum solēne habēt postes eo attingere. Inueteratur duob⁹ modis. aut cū sale: aut sincerus:
tanto utilior: quanto sit uetustior. Axungia etiā græci appellauerunt in uoluminibus suis. Neq³ est oc-
cultra uirium cā: quoniā id animal herbarū radicibus uescitur. Itaq³ etiā fimo innumeri usus. Quamo-
brē non de alia loquemur sue multo efficaciore fœmina: & quæ nō peperit. Multo uero præstantior
in apris est. Vsus igitur axungia est ad mollienda: excalfacienda: discutienda: purgandaq³. Medicorū
aliqui admixto anseris adipe taurorumq³ seuo & hysopo ad podagras uti iubent. Si uero pmanet do-
lor cū cæra: myrto: resina: pice. Sincera axungia medetur ambustis uel niue. Pernionibus at cū hordei
cinere & galla pari modo. prodest & cōfricatis membris. Itinerumq³ lassitudines & fatigatiōes leuat.
Ad tussim ueterem recens decoquitur quadrantis pondere in uini cyathis tribus addito melle. Vetus
etiā phthisin in pilulis sumpta sanat: quæ sine sale inueterata est. Oīno enī nō nisi ad ea quæ purgan-
da sint: aut quæ nō sint exulcerata & calida recipitur. Quidā quadrantes axungia & mulsi in uini cy-
athis tribus decoquunt cōtra tussim: qntoq³ die picē liquidā in ouo sumi iubent circūligatis lateribus
& pectoribus & scapulis eorū qui phthisin sentiunt. Tantaq³ est uis ut genibus etiā adalligata redeat ī
os sapor: eamq³ expuere uideātur. E sue quæ nō peperit aptissime utuntur ad cutē mulieres. Cōtra sca-
biem uero quāuis admixto iumetorū seuo pro parte tertia & pice pariterq³ subferuefactis. Sincera par-
tus in abortū uergentes nutrit collyrii modo subdita. Cicatrices cōcolores facit carusa admixta uel
argenti spuma. At cū sulphure unguium scabritias emendat. Medetur & capillo fluētī. Et ulceribus ī
capite mulierū cū gallæ parte quarta. Et īsumata pilis oculorū. Datur & phthisicis unciatim cū uini ne-
teris hemina decocta: donec tres uncia e toto residiant. Alii & mellis exiguū adiiciūt. panos sanat il-
lita cū calce: Itē furunculos: duritiēq³ māmārū. Rupta & conuulsa & spasmata & luxata sanat. Clauos
& rimas colliq³ uitia cū helleboro albo. parotidas ammixta farina e salsamentaria testa. Quo genere
pfcit ad strumas. pruritus ad papulas in balneo perunēdis tollit. Alioq³ etiānū modo. podagricis p-
dest mixto oleo uetere: cōtrito unā sarcophago lapide & quinquefolio tusa in uino: uel calice: uel cū
cinere Facit & peculiare emplastrū. lxxxv. pondere. C. spumæ argēteæ mixtis: utilissimū cōtra inflam-
matiōes ulcerū adipe uerrino cōfici. Et inungi putant utile. liscq³ quæ serpant illinire cū resina. Antiq³
maxie axibus uehiculorū perungēdis ad faciliore circūactū rotarū utebant: unde nomē. Sic quoq³ uti-
li medicina cū illa ferugine rotarū ad sedis uitia uirilitalisq³. Et per se axungia medici antiqui maxie
pbat renibus detractā & exemptis uenis aqua cælesti fricabāt crebro: decoquebātq³ fictili nouo sa-
pius: tum demū asseruātes. Cōuenitq³ falsā magis mollire: excalfacere: discutere: utiliorēq³ eē uino lo-
tam. Masurius palmā lupino adipi dedisse antiquos tradit. Ideo nouas nuptas illo perungere postes
solitas ne quid mali medicamēti inferretur. Quæ ratio adipis eadē in iis quæ ruminant: seui est: aliis
modis nō minoris potentia. pfcitur omne exēptis uenis aqua marina uel salsa lotū: mox in pila tu-
sum: aspersū marina. Crebro postea coqtur: donec omnis aboleatur odor. Mox affiduo sole ad cādo-
rē reducitur. Arenibus aut oē laudatissimū est. Si uero uetus reuocetur ad curā: liquefieri prius iubēt.
Mox frigida aqua lauari sæpius: dein liquefacere: affuso uino quā odoratissimo. Eodēq³ mō iterū ac
sæpius cogūt: donec uirus euanescat. Multi priuatim sic tauro: leonū pātherarū ac camelorū pigua
curari iubēt. Vsus dicetur suis locis. Cōmunis & ratio medularū ē. Oēs molliūt: explēt: siccāt: excalfac-
ciūt. Laudatissima ceruina: mox uutilina: dein hircina & caprina. Curātur ante autūnū recētes lotæ: sic-
catæq³ in umbra per cribrū. Dein liquare p linthea exprimūtur: ac reponūtur in fictili locis frigidis:
inter omnia at cōia animalū fel præstantius in effectu. Est enim uis eius excalfacere mordere: scindēt
extrahere: discutere. Minorū animalū subtilius intelligitur. Et ideo ad oculos medicamēta utili⁹ exi-
stimatur Tauri nō præcipua potētia ēt in ære pellibusq³ colore auteo ducēdis. Oē at curatur recēs p-
ligato ore lino crasso demissū in feruentē aquā semihora: mox siccātū sine sole: atq³ in melle cōditū.
Dānatur equinū tantū inter uenena. iō flamino sacrorū equū tāgere nō licet cū romæ publicis sacris
Flamini equus etiā immoletur. Quin & sanguis eorū septicā uim habet. itē equarū præterquā uirginū erodit:
emarginat: ulcerat. Taurinus quidē recens inter uenena ē excepta egypta. ibi enim sacerdos terræ uari-
cinatura tauri sanguinē bibit priusquā descēdat in specus. Tātū pōt sympathia illa de q̄ loquūtur: ut
aliquādo religione uel loco fiat. Drusus tribunus plebis traditur caprinū bibisse cū palloī & inuidia
ueneni sibi dati insimulari. Q. Cepionē inimicū uellet. hircorū sāguini tāta uis ē: ut feramētorū subti-

Flamini